,, querido al dicho adverſo , que me las dè,
,, y entregue , para que yo las tenga en pren-
,, das è hypoteca, haſta tanto que ſea pa-
,, gado de los dichos ducientos ducados, y
,, nunca lo ha querido hacer ſin pleyto: por
,, que pido à Vmd. que del ſobredicho adver-
,, ſo me haga cumplimiento de juſticia : y ſi
,, otro mas , ò mejor pedimento fuere neceſ-
,, ſario, hele habido aqui por expreſſo,pronun-
,, ciando mi relacion por verdadera, en quan-
,, to baſte, por ſu ſentencia , que en tal caſo
,, lugar haya , condene , compela , y apremie
,, al dicho adverſo à que me dè , y entregue
,, las dichas tierras , para que yo las tenga en
,, prendas , è hypoteca , haſta tanto que me
,, ſean pagados los dichos ducientos ducados,
,, y en lo neceſſario , &c. y juro , &c.

LIBELLUS IN PIGNORATITIA
directa contra creditorem.

Iluſtre Señor.

43. ,, Fulano,parezco ante Vmd.y digo:que
,, yo empeñè un jarro de plata, que peſaba
,, tantos marcos , à Fulano por cien reales
,, que me empreſtò, el qual le entreguè , y èl
,, lo recibiò *jure pignoris*: y pueſto caſo que
,, le he pagado los dichos cien reales del di-
,, cho empréſtido , èl no me ha querido, ni
,, quiere bolver el dicho mi jarro de plata,
,, que le empeñè : por que pido à Vmd. que
,, habida mi relacion por verdadera, en quan-
,, to baſte,condene al dicho adverſo à que me
,, buelva , dè , y entregue el dicho mi jarro
,, de plata tal, y tan bueno como eſtaba al
,, tiempo, que ſe lo empeñè: y para ello, &c.
,, y juro , &c.

LIBELLUS IN ACTIONE PIGNORATITIA
contraria contra debitorem.

Iluſtre Señor.

44. ,, Fulano,parezco ante Vmd.è digo:que
,, yo empreſtè al dicho Fulano cien ducados
,, por le hacer buena obra : y para ſeguridad
,, de la dicha deuda me empeñò unas fuentes
,, de plata , diciendo que eran de plata , y
,, deſpues acà yo hice tocar las dichas fuen-
,, tes , y ſon de eſtaño , y por ello el dicho ad-
,, verſo es obligado à darme otra prenda tal,
,, y tan buena , como las dichas fuentes , ſi
,, fueran de plata , y de tanto peſo , y valor,
,, para que yo la tenga en prendas,para ſegu-
,, ridad de mi deuda ; y aunque por mì ha ſido
,, requerido , que anſi lo haga , no lo ha que-
,, rido hacer ; por ende à Vmd. pido , que
,, habida mi relacion por verdadera , en la par-
,, te que baſte , condene al dicho adverſo à
,, que tome , y reciba las dichas fuentes , y me
,, dè otra prenda de plata , que valga tanto,
,, como valieran las dichas fuentes, ſi fueran de
,, plata : y para ello , &c. y juro , &c.

EX §. QUINTO.

SUMMARIA.

1 §. *De perſonalibus actionibus prætoriis , & primo de conſtituta pecunia.*

2 *Actio de pecunia conſtituta perſonalis , & prætoria dicitur.*

3 *Nuda pactio actionem civili jure non producit.*

4 *Adverſus eum,qui ſe ſoluturum,vel pro ſe, vel pro aliis nudo pacto conſtituit , competit actio de conſtituta pecunia.*

5 *Ut actio de conſtituto locum habere poſsit, nudo pacto conſtitutum eſſe debet.*

6 *Speciale eſt , ut ex pacto nudo actio de conſtituta pecunia naſcatur.*

7 *Conſtitutum eſt contractus nominatus elegans habens nomen.*

8 *Conſtitutum poteſt fieri per inutilem ſtipulationem.*

9 *Si ſtipulatio inutilis ſit , ex cujus verbis apparet , contrahentes ſtipulationem facere voluiſſe , non valet , etiam tanquam conſtitutum.*

10 *Si juramentum interveniat , etiam ex nudo pacto, oritur actio jureci vili.*

11 *Conſtitutum præcedere debet debitum civile & naturale , vel naturale tantum.*

12 *Si debitum tantum civile præcedat, non poteſt fieri conſtitutum.*

13 *Fidejuſsio accedit civili tantum obligationi.*

14 *Conſtitutum debet fieri poſt contractus obligationem.*

15 *Fidejuſsio obligationem præcedere , & ſubſequi poteſt.*

16 *Ut conſtitutum fieri poſsit, debitum præcedere oportet , quod nulla poſsit prætoria exceptione elidi.*

17 *Libellus in actione de conſtituta pecunia Hiſpano ſermone formatus.*

§. QUINTUS.

1. *DE PERSONALIBUS ACTIONIBUS prætoriis , & primo de conſtituta.*

2. Actio *de conſtituta pecunia* eſt actio perſonalis , prætoria, nam Prætor na-

turali æquitati favens eam introduxit , (*a*) 3. prævidens ex nudo pacto actionem non oriri *de jure civili* , juxta leg. *Juris gentium* , §. *Sed cum nulla* , verſ. *Igitur nuda* , ff. de *Pactis* : & competit adverſus omnes , qui *ex nudo pacto* conſtituerunt ſe ſoluturos , quod ipſi prius , vel alii debebant. (*b*)

4. Ex qua reſolutione conſtat , quæ requirantur , ad hoc ut actio *de conſtit. pecunia* competat : 5. nam primo requiritur , quod conſtitutum fiat *per pactum nudum*, alioquin , ſi per ſtipulationem fieret, non competeret, ſed actio civilis *ex ſtipulatu*: (*c*) 6. quo fit, ex pacto nudo actionem *de conſtituta* oriri , quod eſt ſpeciale in hac actione contra juris regulas in dict. verſ. *Igitur nuda* , & firmat Gloſſa : (*d*) & plures rationes ſpecialitatis referunt DD. (*e*) reprobantes rationem Gloſſæ ; (*f*) Bartolus tamen (*g*) docet, non eſſe ſpeciale *in conſtituto* actionem oriri ex nudo pacto ; ſed ex eo actionem oriri , 7. quia *conſtitutum* eſt contractus nominatus habens nomen ſpecificum , & elegans, ac ideo producit actionem. (*h*)

8. Quinimo *conſtitutum* fit etiam per ſtipulationem inutilem , ut docet Gloſſa : (*i*) 9. dummodo ex verbis contrahentium non appareret animus ſtipulandi , quia tunc, nec in vim pacti , nec in vim ſtipulationis promiſsio valeret : (*j*) alios plures caſus , in quibus actio *ex nudo pacto* oritur, congerit Gloſſa,(*k*) quæ communiter reprobatur, quatenus inquit, actionem oriri ex donatione ex nudo pacto ; quia non ex nudo pacto , ſed ex condictione *ex lege* oritur : (*l*) 10. adde tu alium caſum , ſcilicet , *ex nudo jurato*, ut reſolvit Covarruvias , (*m*) & D. Franc. à Sarmiento , (*n*) qui ſatisfaciunt leg. *Si quis pro eo*, ff. de *Fidejuſ.* (*o*)

11. Secundo requiritur , quod ad hoc ut competat actio *de conſtituta* , quod præcedat debitum *naturale* , & *civile* ſimul , vel *naturale* tantum , vel *prætorium* tantum : 12. nec ſufficit , ſi debitum ſit *civile* tantum : (*p*) & in hoc conſtituitur diſcrimen inter conſtitutum , & fidejuſsionem , quia *conſtitutum* non accedit debito civili tantum ; 13. *fidejuſsio* verò accedit, ut explicat Jaſſo: (*q*) 14. Rurſus differunt, quia *conſtitutum* fit poſt obligationem contractus; 15. *fidejuſsio* ante obligationem , & poſt obligationem , ut notat Gloſſa : (*r*) 16. ultimo requiritur , quod debitum , ſuper quo *conſtitutum* venit , non poſsit elidi per aliquam exceptionem de *jure prætorio* : (*ſ*) & libellus in hac actione concipiendus erit forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE
de conſtituta pecunia.

Iluſtre Señor.

17. ,, Fulano , vecino de tal parte parez-
,, co ante Vmd. y pongo demanda à Fulano,
,, y contando el caſo , digo : que Fulano , ve-
,, cino de tal Lugar me debia ducientos du-
,, cados por me los haver prometido , y ſa-
,, biendolo el dicho Fulano, parte adverſa vino
,, à mì , ſin le decir yo coſa alguna , y ſe me
,, conſtituyò por pagador principal de la di-
,, cha deuda , y me los prometiò de pagar pa-
,, ra el dia de Paſqua florida proxima paſſa-
,, da de eſte preſente año ; y pueſto que el ter-
,, mino es paſſado , y por mì ha ſido requeri-
,, do, que me los pague , no lo ha querido ha-
,, cer ; por ende à Vmd. pido , que habida mi
,, relacion por verdadera, en quanto baſte, del
,, dicho adverſo me haga juſticia , condenan-
,, dole , à que me dè y pague los dichos du-
,, cien-

(*a*) Ut in leg. 1. in princ. ff. de *Conſtit.*

(*b*) Ita ex text. in §. de *Conſtit.* Inſtit. de *Action.* colligunt omnes , & explicat Miſing. ibi à n. 3.

(*c*) Ut in dict. §. de *Conſtit.* & notat gloſ. ibi , verb. *Nulla* , docet Bartol. in leg. 1. §. *Ait Prætor* , ff. de *Conſtit. pec.* gloſ. magn. in dict. verſ. *Igitur nuda* , & omnes ibi ex Jaſſ. n. 21. & Miſing. n. 4.

(*d*) Ibi , verb. *Nulla* , dict. §. de *Conſtit.* & alii communiter ibi ex Jaſ. n. 46. Miſing. n. 17.

(*e*) Ibi , ut conſtat ex Jaſ. n. 46. & Gomez. n. 34.

(*f*) Ibi , verb. *Nulla.*

(*g*) In dict. verſ. *Igitur nuda.*

(*h*) Cujus opinionem dicit communiter receptam Oroſcius in dict. verſ. *Igitur nuda*, n. 8. & defendit Gomez. dict. §. de *Conſtituta* , n. 34.

(*i*) Magn. in dict. verb. *Igitur nuda* , communiter recepta , ex Jaſ. in dict. §. de *Conſtit.* n. 24.

(*j*) Juxta text. ſic intelligendum in leg. *Prima* , §. *Eum qui* , ff. de *Conſtit. pecun.* ex Jaſ. dict. §. de *Conſtit.* n. 25. & Alciat. leg. 1. §. *Si quis ita interroget.* ff. de *Verb. oblig.* n. 8. & Oroſcio , dict. verſ. *Igitur nuda* , n. 2.

(*k*) In dict. §. de *Conſtit.* verb. *Nulla.*

(*l*) Ex Jaſ. dict. §. de *Conſtit.* n. 57.

(*m*) In cap. *Quamvis pactum* , 2. part. §. 4. verſ. quintò, & præcipuè , & in 1. part. §. 2. num. 5.

(*n*) Lib. 1. Selectarum , cap. 3. n. 11.

(*o*) Et Corraſ. in leg. *Admonendi* , num. 20. ff. de *Jurejurand.*

(*p*) Ut in leg. 1. §. fin. & in leg. 3. §. *Si quis autem* , ff. de *Conſt. pec.* & notat gloſ. dict. §. de *Conſtit.* verb. *Conſtituerint* , & explicant Jaſ. dict. §. de *Conſt.* n. 33. Gomecius ibi , n. 21. & n. 28. Miſing. n. 9. Ripa n. 32. & Novellus n. 14. in Rubr. ff. de *Verb. oblig.*

(*q*) Dict. §. de *Conſtit.* n. 34. & Gomecius à n. 28. Miſing. n. 13.

(*r*) In Auth. de *Fidejuſſor.* §. 1. verb. *Fidejuſſore* , quam notat Barbat. in Rubr. de *Fidejuſ.* Jaſ. leg. 1. in princ. ff. de *Lib. & poſthum.* Hyppol. in Rubr. ff. de *Fidejuſ.* à n. 2.

(*ſ*) Ut in leg. 3. verſ. *Si quis autem* , & ibi gloſ. verb. *Per exceptionem* , ff. de *Conſtit. pecun.* & Jaſon. dict. §. de *Conſtit.* n. 43.

„ cientos ducados, y en lo neceſſario, &c. y „ juro, &c.

EX §. SEXTO.

SUMMARIA.

1 §. *De actione de peculio.*
2 *Perſonalis, & prætoria eſt actio de peculio.*
3 *De peculio actione poteſt conveniri dominus, vel pater ex filii, aut ſervi contractu.*
4 *Peculium in varias ſignificationes accipitur.*
5 *Propriè peculium eſt puſilla pecunia, quæ voluntate patris, aut domini filio, vel ſervo conceditur ſeparatim à paternis, aut dominicis rationibus.*
6 *In ſervis unicum tantum peculium reperitur.*
7 *Filiifamil. quatuor poſſunt habere peculia.*
8 *Filiusfamil. ex omni contractu obligari poteſt.*
9 *Sine voluntate patris poteſt filius conveniri cum aliquo artifice, quod ei ſerviet.*
10 *Pater, & filius, necnon dominus, & ſervus una, eademque perſona exiſtimantur.*
11 *Pater pro filio, nec dominus pro ſervo, & è converſo conveniri poſſunt.*
12 *Si filius, vel ſervus peculium habeant, ex eorum contractu poterunt conveniri, nedum pater, ſed etiam dominus.*
13 *Voluntate patris, vel domini peculium obtineri debet, ut actioni de peculio locus fiat.*
14 *Tantum in peculio profectitio filiorum, de peculio actio locum habet.*
15 *Pater, vel dominus non tenentur, niſi quatenus patiuntur vires peculii, ex contractu filii, vel ſervi.*
16 *In peculii æſtimatione facienda, prius deducendum eſt, quod patri, vel domino debetur.*
17 *Pro peculio caſtrenſi, vel quaſi, vivente filio, non poteſt pater conveniri.*
18 *Filio ab inteſtato mortuo, pater tanquam hæres de peculio caſtrenſi conveni poteſt.*
19 *In peculio adventitio inſolidum debet pater conveniri.*
20 *Quatenus eſt in peculio convenitur pater, vel dominus.*
21 *Si cum filiofam. impubere contractum ſit, pater non poteſt conveniri, niſi quatenus locupletius factum eſt peculium.*
22 *Ut actio de peculio locum habeat, contractum fuiſſe cum filio, vel ſervo factum, probare actor debet.*
23 *Libellus in actione de peculio Hiſpano ſermone confectus.*

§. SEXTUS.

I. DE ACTIONE DE PECULIO.

2. Actio *de peculio* perſonalis eſt prætoria, 3. conceditúrque adverſus patrem, vel dominum ex filiifam. vel ſervi contractu. (*a*)

4. Pro perfecta hujus actionis cognitione conſtitue, quod peculium varias acceptiones habet; (*b*) 5. in noſtra tamen materia peculium eſt, *quaſi puſilla pecunia*, ſive *patrimonium, quod voluntati patris, vel domini filiofamil. permittebatur ſeparatim à rationibus paternis, vel dominicis*: (*c*) 6. ac ideo peculium in perſonis ſervorum erat tantum unicum, & dicitur *dominicum*; in perſonis filiorum eſt quadruplex, ſcilicet, *caſtrenſe*, *quaſi-caſtrenſe*, *profectitium*, & *adventitium*. (*d*)

8. Rurſus conſtitue, quod filiusfamilias conſtitutus in patris voluntate, poteſt obligari ex contractu, vel delicto, etiam vivente patre: (*e*) 9. & hinc eſt, quod *ſine juſſu patris* poteſt convenire cum aliquo artifice, quod ei ſerviet, ſecundum Albericum, (*f*) & Joann. Gutierrez. (*g*)

10. Denique conſtitue, quod licet pater, & filius, dominus, & ſervus cenſeantur una, & eadem perſona; (*h*) 11. tamen nec pater ex contractu filii, nec dominus ex contractu ſervi, nec è diverſo conveniri poſſunt: (*i*) 12. nihilominus tamen, Prætor æquitate motus introduxit, quod illa regula non procederet, quando

(*a*) Et gloſ. fin. in §. *Actiones*, Inſtit. de *Action*. Jaſ. à n. 41. & reliqui enumerant alias quinque formulas actionum, partim profluentes ex eodem fonte, partim huc impertinentes: & remiſsive de unaquaque earum agit Jaſ. in dict. §. *Actiones*, à n. 41.

(*b*) Ut explicat gloſ. in Rubr. ff. de *Pecul*. Bald. leg. fin. ff. *Quod cum eo*, col. 2. & 3. Hotomanus verb. *Peculium*, & Ambroſ. Calep. in Dictionar. verb. *Peculium*.

(*c*) Juxt. text. in leg. *Depoſiti*, verſ. fin. de *Peculio*.

(*d*) Ita explicat gloſ. 1. in leg. *Cum oportet*, in princ. Cod. de *Bonis quæ liber*. & ibi Bartol. gloſ. in §. 1. verb. *Caſtrenſibus*, Inſtit. *Per quas perſ. nob. acquir*. & gloſ. Magna, in leg. *Frater à Fratre*, in princ. ff. de *Condit. indeb*.

(*e*) Ut in leg. *Filiusfamil*. 38. ff. de *Action. & oblig*. & in leg. *Tam ex contractibus*, ff. de *Judic*.

(*f*) In leg. *Veluti*, n. 26. Jaſ. n. 16. Zaſium n. 3. Claudium n. 8.

(*g*) In Tract. de Juramento confirmat. 1. part. cap. 5. num. 5. & 6.

(*h*) Ut leg. fin. Cod. de *Impub. & aliis ſubſt*. & in §. *Ei qui*, Inſtit. de *Inutilib. ſtipul*.

(*i*) Ut in tit. Cod. *Ne filius pro parte*.

do pater, vel dominus aliquam pecuniam concedit filio, vel ſervo, cum qua ab eis negotiaretur: nam tunc poterunt conveniri ex contractu filiorum, vel ſervorum actione *de peculio*, ne contrahentes bona fide deciperentur.

Quæ actio *de peculio* perſonalis, prætoria eſt, & per eam agimus adverſus patrem, vel dominum, *ut ſolvat pro filio vivente, vel ſervo nobis ex contractu obligato, quatenus eſt in peculio*: (*j*) ex qua reſolutione conſtat, quæ requirantur, ad hoc ut hæc actio alicui competat: 13. nam primò requiritur, quod voluntate patris, vel domini, filius, vel ſervus habeant ſeparatum peculium à rationibus paternis, vel dominicis. (*k*)

14. Quo fit, reſpectu peculii filiorum hanc actionem ſolummodo habere locum in peculio profectitio, 15. & competit uſque ad vires peculii, & quatenus eſt in peculio: (*l*) 16. deducitque pater, vel dominus, quod ſibi debetur, vel illis, qui ſunt in ſua poteſtate, tutela, vel cura: (*m*) 17. in caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi pater, vivente filio, non convenitur, ſed filius ipſe convenitur; (*n*) 18. filio mortuo, pater convenitur, tanquam hæres: (*o*) 19. in adventitio verò pater convenitur *in ſolidum*, tanquam legitimus adminiſtrator, & non peculio tenus. (*p*)

20. Secundo requiritur, quod peculium extet apud patrem, vel dominum, vel aliquo modo poſsit ſatisfieri, quia non poſſunt conveniri, niſi uſque ad vires peculii, & quatenus eſt in peculio: (*q*) quinimo pater, & dominus deducunt, quod ſibi debetur, aut illis, qui ſunt in ſua poteſtate, tutela, vel cura, (*r*) 21. & ſi cum filiofam. impubere fuerit contractum, pater non convenitur, niſi quatenus peculium locupletius factum fuerit. (*ſ*)

22. Denique requiritur, quod actor probet, quod primus contractus celebratus fuit cum filiofam. vel ſervo, ex quo principalis obligatio orta fuit. Et libellus in hac actione de peculio concipitur forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE de peculio.

Iluſtre Señor.

23. „ Fulano, parezco ante Vmd. y di- „ go, que anſi es, que Fulano es padre legi- „ timo de Fulano, el qual con voluntad, y „ conſentimiento de ſu padre tenia apartada- „ mente ciertos bienes, con que trataba y „ grangeaba: y teniendo el dicho trato, y pe- „ culio, yo contratè con èl, y le vendì un ca- „ ballo por cien ducados, y en eſte miſmo „ tiempo, el dicho Fulano parte adverſa tomò „ al dicho ſu hijo el dicho peculio, y bienes „ con que trataba, y grangeaba, y aſsi por „ ello eſtà obligado à pagarme los dichos cien „ ducados; y aunque por mi ha ſido requerido, que lo haga, no lo ha querido hacer „ ſin pleyto: por que pido à Vmd. que habida mi relacion por verdadera, en quanto „ baſte, del dicho adverſo me haga juſticia, „ condenandole, como à tenedor del dicho „ peculio, à que me dè, y pague los dichos „ cien ducados, y para ello, &c. y juro, &c.

EX §. SEPTIMO.

SUMMARIA.

1 §. *De actione in factum ex juramento deſcendente.*
2 *Actio in factum perſonalis eſt à Prætore inducta.*
3 *Juramentum eſt affirmatio, vel negatio ſacræ rei actione firmata.*
4 *Triplex eſt juramentum, promiſſorium, ſcilicet, confirmatorium, & litis deciſorium.*
5 *Cum quid in futurum cum juramento promittitur, juramentum promiſſorium appellatur.*
6 *Confirmatorium juramentum eſt, quod ad actus confirmationem apponitur.*
7 *Litis deciſorium juramentum dicitur, quod interponitur, & præſtatur ad litis deciſionem.*
8 *Jure civili ex juramento promiſſorio actio naſcitur.*
9 *Officiales, & fabriles operas ſolus libertus promittere poteſt.*
10 *Juramentum litis deciſorium triplex eſt, voluntarium, neceſſarium, & judiciale.*
11 *Juramentum, quod à parte parti extra judicium defertur voluntarium dicitur.*
12 *Neceſſarium juramentum illud appellatur,*

(*j*) Ita ex text. dict. §. *Actiones*, colligitur & explicat Miſing. ibi à n. 13.

(*k*) Ut in leg. *Depoſiti*, verſ. fin. ff. de *Peculio*.

(*l*) Ut probat text. dict. §. *Actiones*.

(*m*) Ut in leg. *Sed ſi damnum*, & leg. *Peculium* 10. ff. de *Peculio*.

(*n*) Ut leg. 4. & leg. *Actionem*, ff. de *Caſtrenſ. pecul*.

(*o*) Ut in tit. Cod. de *Hæred. action*. & in tit. *Ab hæred. & contra*.

(*p*) Ut leg. 1. Cod. de *Bonis matern*. leg. fin. §. *Ubi autem*, Cod. de *Bonis quæ lib*.

(*q*) Juxta dict. §. *Actiones*, & §. *Sunt*, Inſtit. de *Action*.

(*r*) Ut in leg. *Sed ſi damnum*, & in leg. *Peculium* 10. cum ſuis, §§. ff. de *Peculio*.

(*ſ*) Ut in leg. 1. §. *Sed cum impubere*, ff. de *Peculio*.

tur, quod in defectum probationum partibus Judex defert.

13 *Juramentum judiciale eſt, quod à parte parti in judicio defertur.*

14 *Ex juramento judiciali in factum actio oritur.*

15 *Juramentum extra judicium delatum non compellitur pars acceptare; ſed poteſt eum recuſare, nec cogitur remittere.*

16 *In continenti debet juramentum à parte acceptari, ut in factum actio detur.*

17 *Actualiter jurari debet, ut actio ex juramento naſcatur.*

18 *Ex juramenti remiſsione actio in factum oritur.*

19 *Præſtito, vel remiſſo juramento, nihil amplius de cauſa quæritur.*

20 *De perjurio ejus, qui juravit, non eſt quærendum.*

21 *Jurejurando dato, non admittitur appellatio.*

22 *Perjurus extraordinarie debet puniri.*

23 *Ad ſimilitudinem rei judicatæ oritur actio in factum.*

24 *In actione in factum proceditur abſque libello per viam executivam.*

§. SEPTIMUS.

1. *DE ACTIONE IN FACTUM ex juramento.*

2. EST alia actio perſonalis, prætoria, quæ *in factum* dicitur, *ex jurejurando* orta: 3. pro cujus intellectu conſtituendum erit, quod Juramentum eſt *affirmatio, vel negatio ſacræ rei atteſtatione firmata.* (a)

4. Et juramentum eſt triplex, ſcilicet *promiſſorium, confirmatorium, & deciſorium litis.* (b) 5. Promiſſorium eſt, *quando quid in futurum promittitur cum juramento*: (c) 6. confirmatorium eſt, *quod adhibetur ad confirmandum actum*: (d) 7. deciſorium litis eſt, *quod fiat ad litem decidendam.* (e)

8. Et nonnulli DD. conſtituebant differentiam inter hæc juramenta, videlicet, quod ex juramento promiſſorio *de jure civili* nulla oritur actio, ſecundum Bartolum; (f) ſed contrarium verius eſt, imò *jure civili* ex juramento promiſſorio actionem oriri, (g) ut reſolvit Covarruvias, (h) & D.Franc. à Sarmiento (i) eam defendit, reſpondentes text. in leg. *Si quis pro eo*, ſcilicet, quod promiſsio fuit facta ab eo, qui libertus non erat, 9. quia operas officiales ſolus libertus promittere poteſt. (j)

10. Præterea juramentum deciſorium triplex eſt, ſcilicet, *voluntarium, neceſſarium, & judiciale.* 11. Voluntarium eſt, *quod defertur à parte parti extra judicium.* 12. Neceſſarium eſt, *quod defertur à Judice in defectum, & ſupplementum probationis.* 13. Judiciale eſt, *quod defertur à parte parti in judicio*: (k) 14. & de voluntario, & neceſſario non loquitur text. §. *Item ſi quis*; ſed ſolummodo de judiciali juramento, ex quo oritur actio *in factum*, quæ perſonalis, prætoria eſt, *qua agit is, qui*, deferente ſuo adverſario in judicio juramentum in continenti, *juravit, aliquid ſibi deberi*, vel *reum res ſuas poſſidere.* (l)

15. Ex quibus conſtat, quæ requirantur, ut hæc actio competat: nam primo requiritur, quod juramentum deciſorium delatum ſit in judicio; alias, ſi extra judicium deferatur, pars non cogitur illud acceptare, aut dimittere, vel defendere. (m)

16. Secundo requiritur, quod quando fuerit delatum, in continenti ſit acceptatum, alioquin, ſi ex intervallo acceptetur, non proficit, niſi *de novo* deferatur. (n)

17. Tertio requiritur, quod *actualiter* ſit ju-

(a) Secundum Oroſc. in Summa, tit. de *Jurejur.* §. 1. receptum à Panorm. Corſet. & Alciat. n. 5. Extra in Rubric. de *Jurejur.* conſentit Soto Tract. de Cavendo juramentor. abuſu, cap. 2. & in lib. 8. de Juſt. & jur. quæſt. 1. art. 1. & Miſing. in §. *Item ſi quis poſtulante*, Inſtit. de *Action.* n. 1. Navar. in Manual. cap. 12. n. 1. & in eandem inclinat Covar. in cap. *Quamvis pactum* in initio, 1. part. n. 1. de *Pact.* in 6.

(b) Secundum Bart. in Auth. *Sacramenta*, Cod. *Si adverſ. vendit.* n. 1. Marant. de Ordin. judic. 6. part. de Juram. & ejus different. act. 9. à n. 1.

(c) De quo loquitur tit. in pluribus capp. Extra de *Jurejurand.*

(d) De quo loquitur text. in Auth. *Sacramenta puberum*, Cod. *Si adverſ. vend.* & in cap. *Cum contingat*, de *Jurejur.* & in cap. *Quamvis pactum*, de *Pact.* lib. 6.

(e) De quo loquitur text. in §. *Item ſi quis poſtulante*, Inſtit. de *Action.* & tit. Cod. de *Rebus credit. & jurejurand.*

(f) Et alios communiter in leg. *Si quis pro eo*, ff. de *Fidejuſſ.* per text. ibi.

(g) Secundum gloſſ. in leg. 1. Cod. de *Oper. liber.*

(h) In cap. *Quamvis pactum*, 1. part. §. 2. n. 3. cum ſeqq. & 2. part. §. 4. n. 15. verſ. Quinto, & præcipue, de *Pact.* in 6.

(i) Lib. 1. Select. cap. 3. à n. 4.

(j) Ut in leg. 2. & leg. *Operæ*, & leg. *Servus*, ff. de *Oper. libert.*

(k) Ita gloſſ. magn. in leg. 1. Cod. de *Reb. credit.* & gloſſ. dict. §. *Item ſi quis poſtulante*, verb. *Non illud*, & gloſſ. in Rubric. ff. de *Jurejurand.* & gloſ. 1. in cap. fin. de *Jurejurand.* & ibi Panorm. & Felin. & leg. 1. tit. 11. Part. 3.

(l) Ita colligitur ex text. dict. §. *Item ſi quis*, & leg. 1. Cod. de *Reb. cred.* & explicat Miſing. dict. §. *Item ſi quis* à n. 15.

(m) Ut in leg. *Jusjurandum* 17. ff. de *Jurejurand.*

(n) Ut in leg. *Si quis jusjurandum*, Cod. de *Reb. cred.* & jurejurand.

juratum, (o) vel quod ſit remiſſum à parte: 18. nam ſicuti ex juramento oritur actio *in factum*, ita ex remiſsione: (p) 19. & præſtito, vel remiſſo juramento, nil amplius de veritate cauſæ quærendum eſt, *an debeatur*, & *ex qua cauſa*; ſed ſolummodo inquiritur, *an ſit juratum*: 20. uſque adeo, quod pars volens probare perjurium, audienda non eſt nec, perjurio probato, ea res tractari debet, (q) 21. quinimo nec appellans auditur. (r)

Nec obſtat lex *Admonendi*, ff. de *Jurejurand.* quia loquitur in cauſa deciſa per juramentum neceſſarium, ut intelligit Baldus: (ſ) 22. *extraordinarie* tamen iſte perjurus erit puniendus. (t)

23. Et quia iſta actio *in factum* oritur ad ſimilitudinem *rei judicatæ*, (u) ideo non eſt neceſſarius libellus; 24. ſed *per viam executivam* proceditur. (x)

EX §. OCTAVO.

SUMMARIA.

1 §. *DE actionibus perſonalibus Prætoriis, pœnæ perſequutoriis.*

2 *Actio rei perſecutoria ideo dicitur, quod per eam rem perſequimur.*

3 *Actio pœnæ perſequutoria ſic appellatur, ideo, quia per eam rem, non tanquam debitum, ſed tanquam pœnam petimus.*

4 *Actionum quædam ſunt pœnales ex parte rei conventi, & ex parte actoris ſunt rei perſecutoriæ.*

§. OCTAVUS.

1. *DE ACTIONIBUS PERSONALIBUS, prætoriis, pœnæ perſequutoriis.*

2. IN tribus §§. præcedentibus actum eſt de actionibus perſonalibus, prætoriis, *rei perſequutoriis* ex eo ſic appellatis, *quod per eas rem nobis debitam perſequamur*: nunc autem agendum erit de perſonalibus, prætoriis, *pœnæ perſequutoriis*, per quas *pœnam perſequimur propter aliquod delictum*: 3. nam in eis rem non petimus, tamquam principale debitum, ſed tanquam pœnam, de quibus Juſtinianus agit: (a) & earum tria exempla ponit, ſcilicet, de actione *in factum ex albo corrupto*, & de actione *de in jus vocando*, & de actione *ne in jus vocati vi, aut fraude examinantur*, licet plures alias, & innumerabiles actiones pœnales Prætor introduxerit. (b)

4. Earum tres ſunt ſpecies, quædam eſt *pœnalis* ex parte *rei conventi*, & ex parte *actoris* eſt *perſecutoria rei*, ſcilicet, quando reo nihil adeſt, actori tamen abeſt: quædam vero eſt *pœnalis* ex parte *actoris*, & ex parte *conventi* eſt *perſecutoria rei*, ut quando actori nihil abeſt, & reo adeſt: tertia ſpecies eſt, quando *pœnalis* eſt ex parte *actoris*, & *rei*, ut quando actori nihil abeſt, & reo nihil adeſt: (c) & de tribus exemplis à Juſtiniano ibi poſitis, à nobis agendum erit in ſequentibus.

EX §. NONO.

SUMMARIA.

1 §. *DE actione in factum ex albo corrupto.*

2 *Album Prætoris quædam erat tabula, in qua Prætorum edicta, actiones, & interdicta erant conſtituta.*

3 *Triplex erat Prætoris album.*

4 *Contra corrumpentem album Prætoris, quod gratia juriſdictionis perpetuæ propoſitum erat, in factum actio datur.*

5 *Actio de albo corrupto, utpote popularis, cuilibet de populo competit.*

6 *Actionis de albo corrupto pœna eſt quinquaginta aureorum.*

7 *Contra mandantem datur actio de albo corrupto.*

8 *Contra eum, qui quocumque modo Prætoris album corrumpit, datur quinquaginta aureorum pœna.*

9 *Pœna falſi poteſt plecti album Prætoris corrumpens.*

10 *Statuta, & Ordinationes Civitatum ſucceſſerunt hodie loco albi Prætoris jam abrogati.*

11 *Pœna quinquaginta aureorum contra album*

(o) Ut probat text. dict. §. *Item ſi quis.*

(p) Ut in leg. *Non erit*, §. fin. cum leg. ſeq. ff. de *Jurejurand.* & in leg. *Actori*, Cod. de *Reb. credit.*

(q) Juxta text. dict. §. *Item ſi quis*, & in leg. 1. Cod. de *Reb. credit.*

(r) Ut in leg. *Generaliter*, §. 1. Cod. de *Reb. credit.*

(ſ) In leg. 1. in princ. Cod. de *Reb. credit.* & rationem aſsignat Alexand. receptus à Jaſon. n. 37. in dict. leg. *Admonendi*, & Ripa ibi, n. 42.

(t) Ut in leg. *Quid ſi deferente* cum leg. ſeq. ff. de *Dolo*, & in leg. *Si duo patroni*, §. fin. ff. de *Jurejur.*

(u) Ut in dict. leg. *Actori.*

(x) Ut reſolvit Jaſ. dict. §. *Item ſi quis* in fin. & Miſing. n. 35. & plures alios effectus juramenti enumerat Jaſſon. ibi à n. 87.

(a) In §. *Pœnales*, Inſtit. de *Action.*

(b) Ut inquit text. in dict. §. *Pœnales* in fin. & aliquas enumerat gloſſ. fin. ibi.

(c) Et harum trium ſpecierum exempla ponunt Jaſ. & Plat. n. 1. Miſing. n. 4. Ant. Uſillo, n. 2. in dict. §. *Pœnales.*

bum Prætoris corrumpentem propoſita, non Fiſco, ſed accuſanti tribuitur.

12 *Corrumpens album Prætoris temporale, & ſpeciale non punitur pœna quinquaginta aureorum.*

13 *Libellus in actione contra album Prætoris corrumpentem.*

§. NONUS.

1. *DE ACTIONE IN FACTUM ex albo corrupto.*

2. ALbum Prætoris erat quædam tabula dealbata, in qua Prætores ſua edicta, actiones, & interdicta palam proponebant, ut omnibus innoteſcerent: 3. eratque triplex: *primum*, in quo nomina Decurionum, & Magiſtratuum deſcribebantur: *ſecundum*, in quo edicta temporalia, & ſpecialia proponebantur, ut citationes particulares: *tertium* erat, in quo ponebantur edicta perpetua Prætoris. (*a*)

4. Et de ultima ſpecie albi Prætoris intelligitur iſta actio in factum *de albo corrupto*, quæ datur contra corrumpentem illud, quod in albo Prætoris propoſitum erat, cauſa juriſdictionis perpetuæ: 5. competitque cuilibet de populo: 6. & pœna hujus criminis eſt quinquaginta aureorum: (*b*) 7. quæ actio datur etiam contra mandatorem: (*c*) 8. competitque contra eum, qui album corruperit, ſeu deleverit, ſive interlineaverit, ſive corroſerit, ſive raſerit: (*d*) 9. poteritque etiam talis delinquens puniri pœna falſi: (*e*) 10. & quamvis *hodie* indeſuetudinem abierit tale album Prætoris; tamen loco ejus ſucceſſerunt Statuta, & Ordinationes Civitatum, quæ tota die conficiuntur.

11. Et eſt advertendum, quod pœna quinquaginta aureorum, quæ in hac actione venit, applicanda erit parti agenti contra delinquentem, non verò Fiſco, ſecundum Gloſſam. (*f*) 12. Ex quibus conſtat, quæ requirantur ad hoc, ut iſta actio alicui contra aliquem competat: nam requiritur, quod quis corrupiſſet, ſeu deleviſſet, ſive interlineaviſſet, ſive corroſiſſet, ſive raſiſſet, vel id facere mandaſſet, edictum perpetuum, & generale appoſitum in albo Prætoris; ſecus vero, ſi eſſet ſpeciale, & temporale, ut putà edictum *de citando aliquem*, vel ſimile: (*g*) & libellus in hac actione erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE *contra corrumpentem album Prætoris.*

Iluſtre Señor.

13. ,, Fulano, vecino de eſta Ciudad, y
,, como uno del Pueblo, y en aquella via,
,, y forma, que mejor lugar de derecho haya,
,, parezco ante Vmd. y acuſo à Fulano, veci-
,, no de eſta dicha Ciudad, y contando el
,, caſo, premiſſas las ſolemnidades del dere-
,, cho, digo: que anſi es, que el ſobredicho
,, reo acuſado, con poco temor de Dios, y
,, ſu conſciencia, y en deſacato de la juſticia,
,, y en gran daño, y eſcandalo de la Republi-
,, ca, en un dia de eſte preſente mes de Mayo,
,, que ſe contaron ocho dias de èl, fuè à las
,, caſas de Conſiſtorio de eſta Ciudad, y qui-
,, tò, y rompiò un Edicto, y Ordenanza per-
,, petua general por Vmd. y el Conſiſtorio de
,, eſta dicha Ciudad fecha, en la qual ſe orde-
,, naba, y mandaba, que ninguno fueſſe oſſa-
,, do de meter vino fuera parte en eſta Ciu-
,, dad: por lo qual aſsi fecho, cometiò grave,
,, y enorme delicto, digno de gran punicion,
,, y caſtigo, è incurriò en pena de cinquenta
,, ducados aplicados al acuſador, conforme à
,, derecho: por que pido à Vmd. que habida
,, mi relacion por verdadera, ò la parte que
,, de ella baſte, del ſobredicho me haga ente-
,, ro cumplimiento de juſticia, declarandolo
,, por hechor, y perpetrador del dicho delic-
,, to, y condenandole en la pena de los di-
,, chos cinquenta ducados, en que incurriò
,, por quitar, y romper el dicho Edicto y
,, Ordenanza, aplicandolos conforme à dere-
,, cho, y en las demàs penas contra los ſeme-
,, jantes delinquentes eſtablecidas por fuero,
,, è derecho, Leyes, y Prematicas de eſtos
,, Reynos: ſobre que pido juſticia, y coſtas,
,, y el oficio de Vmd. imploro, y juro en for-
,, ma de derecho, &c.

EX

(*a*) Ita explicant Jaſ. n. 7. Hotom. n. 2. Miſing. n. 10. & Briſon. lib. 1. de Verb. ſignific. verb. *Album*.

(*b*) Quod probat text. in leg. *Si quis id quod*, junct. gloſ. verb. *Quingentorum*, ff. de *Juriſdict. omn. judic.* & notant ibi Bart. Alexand. & Socin. n. 6. & 7. & Jaſ. n. 10. Gomez. n. 5. & Miſing. n. 15. in dict. §. *Pœnales*, & communiter omnes ex Dec. in leg. *Semper in obſcuris*, n. 5. ff. de *Reg. jur.*

(*c*) Ut probat text. in dict. leg. *Si quis id quod.*

(*d*) Ut in leg. *Qui tabulas*, ff. *Ad leg. Aquil.* & in leg. *Si quid*, ff. de *Falſis*.

(*e*) Ut in leg. *Hodie*, ff. de *Falſis*.

(*f*) In dict. leg. *Si quis id*, verb. *Quingentarum*, receptam à Bartol. ibi n. 3. Alexand. n. 15. Jaſ. col. fin. & Socin. n. 27.

(*g*) Juxta text. in dict. leg. *Si quis id*, ibi: *Perpetuæ juriſdictionis cauſa*, ubi ita intelligunt Bartol. & reliqui DD. communiter ex Jaſ. in dict. §. *Pœnales*, n. 28. refutantes gloſ. in dict. leg. *Si quis id*, verb. *Perpetuæ*, & in dict. §. *Pœnales*, verb. *Ex albo*.

EX §. DECIMO.

SUMMARIA.

1 §. DE *actione de in jus vocando parentem, aut patronum.*

2 *Contra vocantem parentem, aut patronum, matrem, aut omnes aſcendentes utriuſque ſexus uſque in infinitum, prodita eſt à Prætore actio.*

3 *Regulariter inter patrem, & filium lis nulla eſſe poteſt.*

4 *In certis caſibus poteſt filius patrem convenire.*

5 *In quibus caſibus poteſt filius patrem convenire, venia petita, id facere debet.*

6 *Emancipatus filius patrem ſine venia in jus vocare nequit.*

7 *Libertus, niſi venia petita, patronum convenire non poteſt.*

8 *Contra filium, aut libertum parentes, aut patronos in jus ſine venia vocantes, pœna 50. aureorum ipſis conceditur.*

9 *Si filium aut libertum vocationis ſine venia facta ante litem conteſtatam pœnituerit, non imponitur ipſis pœna 50. aureorum.*

10 *In libello reſponſorio rei ſolet pœnalis actio proponi contra filium, aut libertum ſine venia vocantes parentes, aut patronos.*

11 *Libellus in actione de in jus vocando patrem, aut patronum Hiſpane compoſitus.*

§. DECIMUS.

1. *DE ACTIONE DE IN JUS VOCANDO parentem, aut patronum.*

2. ALia actio prætoria pœnalis prodita eſt contra vocantem in jus *ſine venia* parentem, vel patronum: quod intelligendum eſt, parentem *ſine venia* in judicium vocari non poſſe, tàm patrem, quàm matrem, & omnes aſcendentes utriuſque ſexus uſque in infinitum: (*a*) 3. licet enim filiusfamilias regulariter convenire non poſsit parentes ſuos, etiam cum venia; (*b*) 4. in aliquibus tamen caſibus bene poterit eos in jus vocare, (*c*) 5. dummodo in prædictis caſibus filius prius à Judice petat veniam conveniendi ſuos parentes; (*d*) 6. quinimo etiam, filius emancipatus tenetur veniam petere, ſi parentes in jus vocare velit: (*e*) 7. idemque obſervandum erit in liberto, in jus vocante ſuum patronum. (*f*)

8. Et qui *abſque venia* in caſibus permiſſis vocaverit parentem, vel patronum incidit in pœnam quinquaginta aureorum, & pro illa exigenda datur parenti, vel patrono adverſus filium, vel libertum iſta actio pœnalis, prætoria: (*g*) 9. à qua tamen pœna filius, vel libertus liberari poterit, ſi ante litem conteſtatam eos vocationis pœnituerit, vel ſi vocati in termino, coram Judice non comparuerint, aut ſi comparuerint, prædictam pœnam non petierint, ſecundum Gloſſam. (*h*)

10. Et iſta actio pœnalis intentari ſolet in libello reſponſorio rei, quem reus producit adverſus actionem ab actore propoſitam: nam poſtquam reus allegat ſuas exceptiones per verſ. *Otrosì* petit, *quod actor puniatur in pœna quinquaginta aureorum*, ob id quod ſine venia convenit ſuum parentem, vel patronum. Aliquando vero iſta actio proponitur *de per ſe*: & tunc libellus erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE *de in jus vocando patrem, aut patronum.*

Iluſtre Señor.

11. ,, Fulano, vecino de eſta Ciudad, pa-
,, dre legitimo de Fulano parezco ante Vmd.
,, y acuſo al dicho Fulano mi hijo, y contan-
,, do el caſo, digo: que el dicho mi hijo, ſin
,, pedirme la venia, que conforme à derecho
,, es obligado, me ha emplazado ante Vmd.
,, y me puſo demanda, y ha ſeguido, y proſe-
,, guido la cauſa haſta el punto, y eſtado en
,, que eſtà la dicha cauſa: la qual fuè por mì
,, conteſtada, y reſpondido à ſu demanda, y
,, ha perſeverado en el dicho pleyto, ſin ſe ha-

,, ver

(*a*) Ut probat text. in leg. *Quique litigandi*, ff. de *In jus voc.* & firmat gloſſ. in §. *Pœnales*, Inſtit. de *Action.* verb. *Parentem*, recepta communiter ex Oroſc. n. 3. in leg. *Quique litigandi.*

(*b*) Ut probatur in leg. *Lis nulla*, ff. de *Judic.* & in leg. fin. Cod. de *In jus voc.*

(*c*) Ut notat gloſ. in dict. leg. *Lis nulla*, & gloſ. in cap. fin. verb. *Regulariter*, de *Judic.* in 6. & probat. leg. 2. & 3. tit. 2. Part. 3.

(*d*) Secundum gloſ. in dict. §. *Pœnales*, verb. *Cum id non impetraſſet*, & gloſ. in leg. *Adoptivum*, verb. *Vocari*, ff. de *In jus voc.* & hanc communem opinionem eſſe, teſtatur Jaſ. in dict. §. *Pœnales*, n. 87.

(*e*) Juxta text. in leg. 4. verſ. *Prætor*, & in leg. *Adoptivum*, §. 1. ff. de *In jus voc.* & in leg. 3. tit. 2. Part. 3. & in leg. 4. tit. 7. Part. 3.

(*f*) Ut probatur in dict. leg. *Quique litigandi*, & in dict. §. *Pœnales*, junct. gloſ. verb. *Patrono*.

(*g*) Ut probatur in leg. *In eum*, ff. de *In jus voc.* & in §. fin. Inſtit. de *Pœna temer. litigant.* & explicat Felin. in cap. *Ad liberandum*, de *Judæis.* Jaſ. n. 43. & Miſing. n. 29. in dict. §. *Pœnales*.

(*h*) In dict. §. *Pœnales*, verb. *In jus voc.* & ibi Jaſ. n. 85. per text. in leg. *Quamvis*, ff. de *In jus vocand.*

„ ver apartado de èl, por lo qual ha incurrido
„ en pena de cinquenta maravedis de oro: por
„ que pido à Vmd. que habida mi relacion por
„ verdadera, en la parte que baſte, por ſu ſen-
„ tencia declare, el dicho mi hijo haver incur-
„ rido en la dicha pena, y aſsi declarado, le
„ condene, compela, y apremie à que me la
„ dè, y pague, ſobre que pido juſticia, y
„ coſtas, y el oficio de Vmd. imploro, y
„ juro, &c.

Eodem modo, *mutatis mutandis*, erit concipiendus libellus adverſus libertum in jus vocantem patronum ſine venia, &c.

EX §. TERTIO.

SUMMARIA.

1 §. *De actione, ne in jus vocati vi, aut fraude eximantur.*

2 *Si vocatus ad jus per aliquem impediatur, ne veniat, actor adverſus impedientem jurare poteſt in litem, quanti ſua interſit vocatum non veniſſe.*

3 *Etiam ſi aliquem eximens pœnam ſolvat, exemptus ab actione non liberatur.*

4 *Si dolo tantum, & fraude quis fecerit, quominus in jus vocatus non veniat, pœnalis actio prætoria adverſus ipſum conſtituitur.*

5 *Libellus in actione contra vi, vel dolo eximentem vocatum in jus.*

§. TERTIUS.

1. DE ACTIONE, NE IN JUS VOCATI *vi, aut fraude eximantur.*

2. VOcati in jus aliquando veniunt, vel nolentes venire ducuntur per Familiam; ſed dum veniunt, aut ducuntur, eximuntur vi, vel aliter à manibus Familiæ per aliquos, adverſus quos actio pœnalis *in factum* prodita eſt à Prætore, in quantum actor *in litem* juraverit, ſua intereſſe vocatum non veniſſe; (a) 3. & ſi vi eximens ſolverit, ex eo non liberabit debitorem principalem exemptum. (b)

4. Si vero *abſque vi*, ſed ſolummodo *dolo*, vel *fraude* quis faciat, quominus in judicio vocatus non veniat, actio prætoria pœnalis *in factum* competit: (c) & in hoc differunt prædicti tituli, ut notat Gloſſa: (d) & ad hoc ut iſta actio competat, requiritur quod vi, aut dolo quis exemerit vocatum, & quod ob id citatus non veniat in jus, ut notat Miſingerius: (e) & libellus erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE CONTRA VI, *vel dolo eximentem vocatum in jus.*

Ilustre Señor.

5. „ Fulano, parezco ante Vmd. y me
„ querello, y pongo demanda à Fulano, y
„ contando el caſo, digo: que aſsi es, que
„ haviendo yo ſacado un mandamiento de
„ priſion contra Fulano por cien ducados, que
„ me debia, y no me queria pagar, antes ſe
„ andaba por auſentar de eſta Ciudad; y lle-
„ vandole yà preſo el Alguacil Mayor de eſta
„ Ciudad, el dicho adverſo le ſaliò al camino,
„ y con gran fuerza y violencia le quitò el
„ dicho preſo, y hizo que huyeſſe, y ſe retra-
„ xeſſe al Monaſterio de Sant Franciſco de eſta
„ Ciudad: por lo qual el dicho Fulano mi deu-
„ dor no pareciò ante Vmd. è yo he dexado
„ de cobrar mi deuda, y ſe me han ſeguido
„ de daño, coſtas, è intereſſes tantos mil ma-
„ ravedis: por que pido à Vmd. que habida
„ mi relacion por verdadera, en la parte que
„ baſte, del dicho adverſo me haga entero
„ cumplimiento de juſticia, y por ſu ſenten-
„ cia le condene, à que me de, y pague los
„ dichos cien ducados, con mas los daños,
„ coſtas, è intereſſes, que ſe me han recrecido,
„ de no ſe haver traido à la Carcel el dicho
„ Fulano, las quales eſtimo en tantos mil ma-
„ ravedis, ſalvo la judicial taſſacion de Vmd.
„ ſobre que pido juſticia, y coſtas, y el oficio
„ de Vmd. imploro: y juro à Dios, y à eſta ✠
„ que los dichos cien ducados me ſon debidos,
„ y no pagados, y que de daños, coſtas, è
„ intereſſes, de no haverſe puesto en la Carcel
„ el dicho Fulano, ſe me han ſeguido los di-
„ chos tantos mil maravedis, y que eſta de-
„ manda no pongo de malicia, &c.

EX

(a) Ita probat text. in §. *Pœnales*, ibi: *Vi exemerit*, Inſtit. de *Action.* & in leg. 1. cum ſeqq. ff. *Ne quis eum, qui in jus vocat.* ubi diſponitur, quando hæc actio ceſſabit.

(b) Ut probatur in leg. *Si per alium*, §. fin. & in leg. fin. ff. *Ne quis eum, qui in jus voc. vi eximat.*

(c) Ut probat text. in dict. §. *Pœnales*, ibi: *Cujuſve dolo*, & in tit. ff. de *Eo, per quem factum erit.*

(d) In Rubric. ff. de *Eo, per quem factum erit*, & gloſ. in dict. §. *Pœnales*, verb. *Item adverſus eum*, & ibi explicat late Jaſ. n. 92.

(e) In dict. §. *Pœnales*, n. 53.

EX CAPITE TERTIO.

SUMMARIA.

1 *Tertium caput de actionibus præjudicialibus.*

2 *Actio quædam eſt præjudicialis, quædam non præjudicialis.*

3 *Præjudicium dictum eſt* à præ, *& à verbo* judico.

4 *Præjudiciales actiones, ideo ſic appellantur, quod eam habeant prærogativam, ut cum aliis concurrentes præferri debeant.*

5 *Variis modis dicitur actio præjudicialis.*

6 *Cum de alicujus ſtatu diſceptatur præjudicialis actio appellatur.*

7 *Si concurrat cum aliis cauſis ſtatus quæſtio ante omnia terminanda eſt.*

8 *Tres ſunt præjudicialis actiones, quibus de alicujus ſtatu quæritur.*

9 *Quæſtio, an quis liber ſit, vel ſervus à jure civili deſcendit.*

10 *Præjudiciales actiones reales ſunt.*

CAPUT TERTIUM.

1. DE ACTIONIBUS PRÆJUDICIALIBUS.

2. JUſtinianus Imperator in §. *Præjudiciales*, Inſtit. de *Action.* conſtituit aliam diviſionem actionum, aſſerens, actionum quaſdam eſſe *præjudiciales*, quaſdam vero *non*, & ob prædictam rationem in dict. §. annectit ſingularem tractatum de *Actionibus præjudicialibus.* (a)

3. Et pro perfecta harum actionum cognitione conſtituendum eſt, quod *præjudicium* dicitur *à præ*, &, à verbo *judico, as*: & inde præjudicium eſt res, quæ cum ſtatuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod ſequantur in eadem cauſa, vel in ſimili: (b) 4. unde præjudiciales actiones dicuntur, quæ in cognitione alicujus cauſæ habent aliquam prærogativam; ita quod præcedere debeant, ſi cum aliis occurrant: 5. & licet variis modis actio præjudicialis dicatur, ut docet Bartolus; (c) 6. tamen in noſtra ſpecie actio *præjudicialis* dicitur, *quando agitur de ſtatu alicujus perſonæ*: 7. nuncupaturque præjudicialis, quia præjudicat aliis quæſtionibus inter actorem, & reum, ut decidi non poſsint, donec quæſtio ſtatus finiatur. (d)

8. Et hujuſmodi actiones *de ſtatu perſonæ* ſunt tres: quarum prima eſt, per quam quæritur, *an aliquis ſit liber*, vel *ſervus*: ſecunda, qua quæritur, *an aliquis ſit libertus*, vel *ingenuus*: tertia eſt, qua quæritur, *utrum quis ſit filius*, *nec ne*: quarum prior *à jure civili* deſcendit, quia originaliter ex Lege XII. Tabul. judicium liberalis cauſæ inſtitutum fuit, licet ex poſt facto Prætor nonnulla circa idem judicium inſtituerit, de qua agitur in tot. tit. ff. & Cod. de *Liber. cauſ.*: reliquæ duæ poſteriores *prætoriæ* ſunt, ut de illa, qua quæritur, *utrum quis ſit libertus*, vel *ingenuus*, conſtat in tit. ff. *Si libert. ingen.* eſſe dicat. de tertia verò, qua quæritur, *an quis ſit filius nec ne*, conſtat ex toto tit. ff. de *Liber. agnoſcend.* Ex quo tit. oritur dubium, cum ibi Senatuſconſulta hujus actionis meminerint, quare illam prætoriam appellet Imperator in dict. §. *Præjudiciales*? qua in re dicendum erit, *originaliter* Prætorem eam introduxiſſe, licet *ex poſt facto* Senatuſconſulta addiderint plura.

10. Et omnes ſupradictæ tres actiones ſunt *reales*: quia dantur pro rebus incorporalibus, ſcilicet pro jure, quod alicui competit ex ſua perſona, vel alterius: ut quando agit pro jure ingenuitatis, filiationis, vel ſervitutis: (e) & de unaquaque à nobis agendum erit in ſequentibus.

EX §. PRIMO.

SUMMARIA.

1 *Liberalis cauſa dicitur, cum quæritur, utrum quis ſit liber, vel ſervus.*

2 *Actio præjudicialis competit ei, qui aliquem in poſſeſsione libertatis conſtitutum ſervum ſuum eſſe aſſeverat, & è converſo.*

3 *Duplex eſt actio præjudicialis de liberali cauſa directa, ſcilicet, & utilis.*

4 *Directa præjudicialis actio de liberali cauſa competit domino, & ſervo.*

5 *Actio præjudicialis, quæ liberalis cauſa nuncupatur utilis, competit dominis prædiorum adverſus adſcriptitios, & ſimiles, & è contra.*

Si

(a) Secundum Fabr. Angel. & Jaſ. ibi, n. 21. in probata ratione gloſ. 1. in princ.

(b) Ita ex Aſconio colligit Ambroſ. Calep. in ſuo Diction. verb. *Præjudicium.* Miſing. n. 1. & Hotom. n. 7. in dict. §. *Præjudiciales*, & pluribus juribus firmat Briſonius lib. 14. de Verb. ſignific. verb. *Præjudicium.*

(c) In leg. *Fundum*, ff. de *Except.* & in leg. *Sive contra*, §. 1. ff. de *Liber. agnoſ.* & latè Jaſ. in dict. §. *Præjudiciales* à n. 1.

(d) Ut probatur in toto tit. Cod. de *Ordin. cogn.* & in cap. *Tuam*, Extra eod. tit.

(e) Secundum Jaſ. n. 20. & Miſing. n. 10. in dict. §. *Præjudiciales*, & Oldendorpium in Explicat. act. præjud.